

veas, et muneribus atque officiis, quae vacantia sunt, neminem praeficias nisi catholicum, et nominatim in Tua Caesarea Cancellaria scribas et ministros et officiales omnes vere catholicos adhibeas; alioquin verendum ne ira Dei, quae hoc maxime tempore lenienda est, gravius irritetur . . .

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die XX maii 1595, pontificatus Nostri anno quarto».

Brevia Arm. 44, t. 49, p. 245, Archivio segreto pontificio.

34. Protocollo della Congregazione generale del 2 Agosto 1595.¹

«Congreg. gener. pro absolut. Navarrei: Magna cum pietate et affectu narravit [Papa], quae ab initio sui Pontificatus acta et gesta essent in rebus regni Franciae, et quomodo favit catholicis foederatis et alienus a suscipiendo Navarrae rege, et quomodo ille misit ducem Nivern., et quomodo eius legationem reiecit, et quomodo reiecit march. Pinan. similiter ab eo missum orat., quomodo etiam admonitus per litteras card. Placentini card. Gondum, qui venerat pro eo in Italia, arcuit a Curia et ditione ecclesiastica et destituit per multos menses ab ea, et quomodo omnia feliciter successerunt Navarro, non obstantibus his, et quo maiores diligentiae factae sunt pro eo regno, eo magis ipse praevaluuit, et obtinuit fere omnes provincias, civitates et castra minutissima et ipsum Lugdunum, Lutetiam et deinde reliquas magnas civitates, ut Aurelianum et Rotomagum, et potitur regno, et quomodo instat periculum schismatis, nisi recipiatur, ut protestatus egit et misit istum d. de Perona, qui cum Doxat eius agente hic Romae agat de sua absolutione et receptione». Quindi furono lette le lettere del re al papa. Perciò «per viscera misericordiae D. N. Iesu Chr. obsecravit et obtestatus est dd. card., ut considerent haec omnia et omni charitate mature perpendant»; essi voglian dare «votum suum singuli pro conscientia tantum et pro veritate et servitio Dei liberi et alieni ab omnifactione et passione et affectu humano, et quid ipsi facerent, si ipsi locum eius tenerent; vota autem eorum non exquirit hic, sed vult, ut in camera quisque seorsum libere dicat S^u S. quod pro conscientia sensit. . . Singulis diebus vocavit aliquos card. ad dicenda eorum vota seu sententias, et eos benigne et patienter audivit, incipiens ab ep^u card., deinde prosequens a presb., demum a diac., per 16 ferme dies non impeditos, mane et vespero pro temporis opportunitate».

Copia * Acta consist., *Barb. lat. 2871 p. 148 Biblioteca Vaticana.*

35. Concistoro del 30 Agosto 1595.²

Il papa disse: « se iam audisse sententias et vota omnium card., et remansisse de eis contentum, et sibi satisfactum esse de eorum omnium pietate, prudentia et doctrina, in hoc negocio reconciliationis

¹ Cfr. sopra p. 95.

² Cfr. sopra p. 96.